Copy of the 15th Article of the Treaty of Utrecht.

Galliæ subditi Canadam incolentes, aliique quinque nationes, sive cantones Indorum Magnæ Britanniæ imperio subjectas, ut et cæteros Americæ indigenas eidem amicitiâ conjunctos, nullo in posterum impedimento aut molestiâ afficiant; pariter Magnæ Britanniæ subditi cum americanis, Galliæ vel subditis vel amicis pacificè se gerent, et utrique commercii causâ frequentandi libertate plenâ gaudebunt. Sicut pari cum libertate regionum istarum indigenæ Colonias Britannicas et Gallicas ad promovendum hinc inde Commercium pro lubitu adibunt, absque ullâ, ex parte subditorum Britanni=corum seu Gallicorum, molestiâ aut impedimento. Quinam vero Britanniæ Galliæ subditi et amici censeantur ac censeri debeant, id per Commissarios accuratè distinctèque describendum erit.

4

Copy of the 15: Article
of the Treaty of Utrecht
N°. 3.

Exd: